

Piissima vota,
præcellentissimo atque
consultissimo, dn. Erico E.
Falandro,...

Lauræus, Josephus Olai

1 Ic 1682 Falander, Ericus



9.
7
PIISSIMA VOTA,

VIRO

Præcellentissimo atque Consultiſſimo,

DN. ERICO E.
FALANDRO,

ANTEHAC IN ACADEMIA HAC REGIA ABO-
ENSI LING. ORIENTALIUM PROFESSORI
LAUDATISSIMO,

Cum,

Jussu Serenissimæ Regiæ Maje-
statis ad Professionem Juris ritu solenni in nomi-
nata Academia introduceretur d. 10. Octob.

M. DC. LXXXII.

Soluta à Discipulis Ostro-Botbniensibus.

A B O Æ,

Exc. apud JOH. L. WALLIUM, A. T.

1682
1002

ERICUS ERICI FALANDER Ostro-
Bothniensis.

P. 4.
NI HERI; BEANT CORONAS; RECTOR FIDELIS, Jus,

Elaboratio:

Ndecimus NI fallor HERI sic exiit andus,
Cum Tibi commissa est Linguarum Docta cathedra;
Quin quã jam fuerasque docens & mystra FIDELIS.
Porro pro meritis tantis Tibi præmia spondet
Præles Mularum, Deus alti RECTOR Olympi.
Scilicet illius sic est Divina voluntas,
Ut formes rursus (verã tibi in arte Juventam,
Juris quæ cupiat studium cognoscere rite:
Quod Tibi majores poterit conferre CORONAS,
Dum quoque pro cunctis referes sudoribus inde,
Præmia Cælorum, à Cœli Terræque monarchã.
Et quoniam Te valde BEANT sacra dogmata Juris;
Concedat Dominus, valeas ut Jus profiteri,
Quò Te post mortem maneant hinc coelica Jura!

JOSEPHUS LAURÆUS.

Hominem animal quoddam sociabile & innoxium ab in-
itio esse voluit sapiens rerum omnium Conditor, quo
facilius inter cohabitantes, puro corde & uno quasi ce-
lebraretur ore; Dolendum autem est in tantum vitio-
rum adactum esse numerum, ut omnem fermè socie-
tatem evertat invidia, destruat fastus, exterminet mendacium; unde
tandem proveniunt de lacryma ut proximi sui fama, bonis omni-
bus & quod majus est vicia ejus insidiari leve ducant nonnulli: Adeo-
ni moderamine Juris & aequi ejusmodi dissoluti mores compesceren-
tur, neglecto tum Jure Divino tum humano, rapinã acque furtis, in-
nocentium sanguini & omnis generis sceleribus immersus jaceret orbis
terrarum. Utilitatem proinde Juris atq; Justitiæ proluxa verborum
scrie

serie quid opus est describere? cum facillime aliis tam salubris remedi-
ratio se prodar: Ad ejus vero Professionem cum Te frater germane
bonorande Regia jam vocent litera, præterquam quod Tibi, Acade-
mia nostra & studiosa juvenuti impense gratulor, Deum veneror,
velit in tam necessariis & utilis studiis informatione Tibi ex alio be-
nedicere, atque ut cum fata jufferint ex temporali bac legum Justi-
sique explanatione emigrare, coram facie omnia judicaturi iustus
appareas. quod simplici voce animo

ABRAHAMUS FALANDER.

Firmas radices agit undique Gloria vera,
Atque propagatur latius haud dubia:
Quam, bene qui studuit virtuti, adipiscitur; ulcro
Sectantem sequitur, spretaq; sæpe venit.
Hæc vitis ramos minimè sinit esse ligatos,
Nec vacuas sterilis ferre potest calyces;
Sed frondes pandit protensas ordine longo
Fragrantes passim dulcis odore rosæ,
Quæ præbet stirpis veraque propaginis ortum,
Quà nemus excrevit sylvaque densa procul.
Ejusdem generis granum, Consulte Professor,
Incidit in terram, non sine sorte, tuam:
Hoc certè multis mirè procreverat annis;
Quæque dies solvit fœnore pensa suo.
(Annon à pueris tibi Phæbi Gloria vera
Affulsit, floris tum licet instar eras,
Ingenii divi cum produs acumina clara,
Tum specimen ponens indolis egregiæ?
Hinc post continuus fructus cumulaverat annos,
Vibrat splendorem cum jubar usque tuum.)
Jam Deus annonâ hæc cultori sic benedixit,
Pressus ut in aliud migret inane solum,
Latius in sulcos quo possit spargere semen,
Vires expertum, fœtiferumque suum.
Quod sverum fructum faciat per secula sera,
Orat devotus, Cernuus atque cupit

GEORGIUS O. ENELIUS.

Egregie non minus quam rectè de informatione sententiam suam protulit is, qui absque ea nihil quicquam intelligi, de nulla re differi posse affirmavit; quippe cum ita intellectus noster obscuritatis tenebris sit circumseptus, ut nisi ex illis felici institutione educatur, nihil præclari nihil eruditi audere queat; unde procul dubio tot de malo antelapsa Juventute querela originè ducunt. Nos vero, O! Commilitones, dum nostram pensamus felicitatem, ingenti gaudio perfundi oportet; etenim quibus clementia Divina, tum cum Serenissimi Regis, studiorum perpetuò promoveret cursus. Prout etiam hac occasione nostram Academiam Juris Consulto Percelebri atq; Præclaro beavit; Annon itaque O! Studiosa juvenus unusquisque sibi hanc felicitatem gratulari vult, & præcipuò Vos qui ad sacrum Juris studium animum applicuistis, etenim jam vobis felix illuxit institutionis dies. Nos denique omnes & singuli Excellentissimo Professore fidelissima vota salvamus, Deumve fervidis obtestemur precibus velis illum in Reipublica commodum, sui ipsius ingentem honorem, nostram tandem utilitatem quam diutissime servare salvam, incolumem!

ERNESTUS Grandæ.

Eja, Dies faustos radios extendere perge,
Ut jam jucundum facias pro tempore lumen
Præclaro huic Domino veteri de sanguine creto,
Illustris quondam quem fovit, Bothnica, tellus.
Hic Dominus, summâ doctrinâ, posteritati
Splendens exemplum tradit, vestigia cuncti
Quæ tunc servant nam talia præmia donat
Docta Minerva suis veris cultoribus olim.
Hæc retinet noster præceptor jam redamandus,
Et Fauctor magnus semper summumque colendus;
Cui, cum linguarum clueret nunc antè Professor,
Denique complacuit Juris consultus haberi.
Vive igitur felix! successibus utere faustis!
Et tibi magmento cedat benedictio Jovæ!
Is te conservet cum prole & conjuge charâ,
Post Pylios annos coelestia ducat ad astra!

LAURENTIUS CARLANDER.